



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An possit esse Sacrificium sine consecratione utriusque speciei. n. 98.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

& Sacramenta: Unde manifestè sequitur & vos non minùs detrahete Sacrificio Crucis, quam Catholicos, aut certe nec vos nec Catholicos, dum scilicet ambo vobis applicatis & participatis de pretio & valore Passionis per media ab ipsomet Christo instituta, inter quæ præcipuum est Sacrificium Missæ incruentum, quo ipsum cruentum Crucis Sacrificium repræsentatur, ejusque fructus nobis applicatur: unde sicut ipsa Sacramenta non sunt superflua, nec arguunt insufficienciam Sacrificiû Crucis, ita nec Missæ Sacrificium.

## CONFERENTIA XIX.

Sacerdos abstemius, ne cogatur sumere species vini à quibus naturaliter abhorret, consecrat solum panem, eumque manducat: 98.  
Quæritur itaque an conficiat Sacramentum, & peragat Missam; & Essenciam Sacrificiû Missæ consistere in Consecratione utriusque Speciei. Ratio est; quia Christus expressè instituit in hoc Sacrificio offerri Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini, ad repræsentandum Sacrificium cruentum factum per mortem Christi, sive separationem sanguinis à corpore: sed in consecratione utriusque Speciei, & non unius tantum, sit perfecta repræsentatio Sacrificiû cruenti, dum scilicet sub specie panis Corpus Christi velut effusus incruentè repræsentatur: igitur &c. Unde quamvis validè consecretur una tantum species



cies, & verum hoc Sacramentum non tamen fit verum & perfectum Sacrificium à Christo institutum, sed mutilum ac impossibili supplendum per consecrationem alterius speciei, & etiam à Sacerdote non amplius jejuno, si non adsit jejunos. Vide Rbr. Missal. ubi de defectibus Missæ. Ex quo sequitur, audientes hujusmodi Sacerdotis mutilatoris Missam non satisfacere præcepto Ecclesiæ in die festo, ob defectum partis essentialis in Consecratione, & integralis in sumptione.

### CONFERENTIA. XX.

99. **L**egitur in historiis, sepius in Missa mutata hostiam in carnem, vel parvulum, ut in Martyrologio Franciscano, de quodam patre Petro, qui videbatur ab innocenibus deglutire parvulum in sumptione ita ut clamarent alè. *Schæuet Schæuet / Der Vater Peter verschlucket die Kindlein*: quid ergo de talibus hostiis sentiendum, aut faciendum.

R. Cum P. Spörer Teol. sacram. p. 2. cap. 3. sect. 1. num. 124. si mutatio hujusmodi sit solummodo apparens & non realis (qualis fuit alia Patris Petri à solis parvulis vita) Hostiam sumendam esse à sacrificante. Ratio est, quia ea non fit ex parte Hostiæ, sed vel in intermedio aere, vel in potentia visiva per speciem, manente Hostia in statu debito & conveniente ad sumendum. Quod si autem fiat

ma